



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum dæmones cogantur aliquibus sensibus, & corporalibus rebus factis,
ac verbis ad miracula facienda, quæ per magicas artes fieri videntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

In argum.

Fides autem animum abstrahit a rebus naturalibus & sensibilibus, & cum in rebus intelligibilibus fundat. Unde per fidem reddit homo aptus ad hoc, quod potestatem miracula faciat. Et inde est et per alie virtutes ad faciendam miracula precipue cooperantur, quod animum hominis a rebus maxime corporalibus abstrahunt sicut continentia, & abstinentia, quae retrahunt ab electionibus, quibus homo sensibilibus rebus immergitur. Alique vero virtutes, quae ad disponenda temporalia ordinant, non ita ad faciendam miracula disponunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod facere miracula attribuitur gratie gratis datae, sicut principio proximo fidei, aut sicut disponenti ad huiusmodi gratiam consequentiam.

AD SECUNDUM dicendum, quod licet interdum aliquis peccator miracula faciat, non est hoc ex merito eius, ex merito dico condigno: sed est ex quadam congruitate, in quantum fidem constantem constituitur, in cuius protectione Deus miracula facit.

AD TERTIUM dicendum, quod ex hoc quod charitas est maior virtus fidei, largitur ipsi fidei efficaciam merendi: fides tamen magis congruit ad particulariter merendum miraculorum operationes. Fides enim est perfectio intellectus, cuius operatio consistit in hoc, quod res intellectae aliquo modo sunt in ipso. Charitas autem est perfectio voluntatis, cuius operatio consistit in hoc, quod voluntas in ipsam rem tendit. Unde per charitatem homo in Deo ponitur, & cum eo unum efficitur. Per fidem autem ipsa diuina ponuntur in nobis: unde dicitur Hebraei. 11. quod est substantia rerum sperandarum. Et praeterea miracula sunt ad confirmationem fidei, non autem ad confirmationem charitatis.

AD QUARTUM dicendum, quod charitas meretur, ut dictum est, petitionum exauditionem, sicut vniuersale principium merendi: sed specialiter exaudiri in miraculis faciendis meretur fides, ut dictum est.

AD QUINTUM dicendum, quod sicut Glo. ibidem dicit, Verbum illud est caeci quod non dicitur totaliter sapientia illuminatus: unde sententia falsam continet. Nam interdum Deus peccatores audit ex sua liberalitate, licet non ex eorum merito. Et sic oratio eorum imperat, licet non sit meritoria: sicut & aliqui iusti orationem merentur, sed non impetrant, nisi impetratio pertinet ad id quod petitur, & innititur soli gratiae: meritum autem pertinet ad finem quem quis meretur, & innititur iustitiae.

AD SEXIMUM dicendum, quod charitas vnit Deo, sicut hominem in Deum trahens: per fidem vero diuina ad nos trahuntur, ut dictum est prius.

AD SEPTIMUM dicendum, quod invidia in facinatione effectum habere non posset: nisi imaginatio iuxta ad hoc cooperaretur.

AD OCTAVUM dicendum, quod ratio illa probat quod fides per charitatem meretur, & hoc supra concessum est. Et praeterea obiectio tenet in illis quae propria virtute homini facit, in quibus intellectus voluntatem dirigit, quae potentiam imperat exequenti. In his autem in quibus virtus diuina est exequens, sola fides quae diuinae potentiae innititur, sufficit ad operandum.

AD NONUM dicendum, quod obiectio illa praedit de operatione miraculi secundum quod est a Deo, quod ad omnia quae in creaturis operatur, ex amore mouetur. Nam diuinus amor non permittit cum sine germine esse, ut dicitur Dionysius. 4. cap. de diuino. nos autem loquimur de operatione miraculi, secundum quod est ab homine. Unde ratio non est ad propositum.

AD X. dicendum, quod spes non proprie attribuitur miracula facere: spes enim ordinat ad aliquid consequendum, unde est solum de aeternis. Fides autem est de

aeternis, & temporalibus: unde potest se extendere ad faciendam. Et propter hoc in auctoritate inducta principaliter fit mentio de spe quam de fide, cum dicitur, quod in spem credidit.

AD XI. dicendum, quod obiectum fidei est arduum consequendum, non autem arduum faciendum.

AD XII. dicendum, quod spes responderet diuina potentia secundum sublimitatem suam maiestatis, in cuius confessionem spes tendit, sed ipsi potentiae secundum quod est mirabilius effectiua, praecipue innititur fides.

AD XIII. dicendum, quod publica iustitia est ex fide, per quam tota ecclesia iustificatur, secundum illud Rom. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi.

AD XIV. dicendum, quod fortitudo in passionibus tolerantis & constantia confessionis, erat in martyribus propter fidei firmitatem.

AD XV. dicendum, quod est abstinentia ad miracula faciendam cooperata: non tamen ita principaliter sicut fides.

AD XVI. dicendum, quod licet feminam non cognoscere & semper cum femina commorari, sit difficile, non tamen est miraculum, proprie miraculo sumpto, cum ex virtute creata dependeat, scilicet libero arbitrio.

AD XVII. dicendum, quod abusus miraculorum in his qui miraculis detrahebant, non auferit eorum efficaciam ad fidem confirmandam, quantum ad illos quae erant bene dispositi.

AD XVIII. dicendum, quod fides Petri & Andree commendat propter proprietatem credendi, quae tanto maior fuit quanto minoribus adminiculis indiguit ad credendum. Interque adminicula per se sunt miracula.

AD XIX. dicendum, quod fides non est sufficiens causa ad miracula faciendam: sed dispositio quedam. Fiant autem miracula secundum ordinem diuinae providentiae, quae hominibus congrua remedia pro varijs causis diuersimode dispensat.

ARTICVLVS X.

Utrum daemones cogantur aliquibus sensibilibus & corporalibus rebus factis, aut uerbis, ad miracula faciendam.

DE TERTIO queritur, utrum daemones cogantur aliquibus sensibilibus & corporalibus rebus factis, aut uerbis ad miracula faciendam, quae per magicas artes fieri uidentur. Et videtur quod sic. Dicitur enim Augustinus. 10. de Ciuitate Dei, introducens uerba Porphyrii, quod quidam in chaldaea tactus inuidia, abiuratas spirituales potentias precibus alligauit, ne ab alio postulata concederent. Et in 21. eiusdem libri dicitur. Non potuit primum nisi demonibus dicentibus disci, quid quisque illorum appetat, quid exhorreat, quo inuitetur nomine quo cogatur: ergo daemones a magis coguntur ad magica faciendam.

¶ 2. Praet. Quicumque facit aliquid contra suam voluntatem, aliquo modo cogitur: sed daemones aliqui faciunt aliquid contra suam voluntatem per magos adiurati. Est enim uoluntas demonis semper ad inducendum homines in peccatum, & tamen aliquis magica arte ad turpem amorem incitatus, eadem arte a uolentia incitationis soluit, ergo daemones coguntur a magis.

¶ 3. Praet. De Salomone legitur, quod quosdam exorcismos fecit, quibus daemones cohibebantur ut ex obsessis corporibus recederent, ergo per adinationes daemones coguntur.

¶ 4. Praet. Si daemones aduocati a mago ueniunt, aut hoc est quia alliciuntur, aut quia coguntur: sed non semper aduocati alliciuntur. Aduocantur enim per quedam quae daemones odiunt, sicut per uirginitatem imprecantis, eum tamen ipsi ad incestus concubitus homines deducere non moerentur, ergo uel per aliquando coguntur. ¶ 5. Praet. Studium demonum est, ut homines a Deo auertant: sed ipsi aduocati per aliqua quae reuerentiam Dei

Quaest. dist. S. Thomae. 12 sonant.

utis cele
q. et li
oguli p
s. mere
haritate
atē peni
meretur
r riden.
superas
r adum
r ex co
e aliqua
ous, sicut
generē
ui ex co
plicatio
miracu
x chari
o quidē
i, dum p
as com
nem. Vn
nt ubiq
nante le
es potu
el rōnem
turā esse
ione mi
ratio est
fides aut
sensibil
orp. art.
tur diu
dignita
iret fide
eretur q
p bōnem
miracu
imo q
tate m
pūmo q
impetit
āmodo
diuini
adā pat
ipiam fi
Secūdo
erant in
orp. art.
d totā na
pus: cor
orp. art.
line pan
imagan
occupat
el lepe
ra culā
dā fide
firmam
acula fi
i habue
Postulat
acula cu
nt, illu
a exp
Hoc aut
tionē ab
xagoni
imperat
Fides

lib. 10. ca. 9.
circa finem.
rom. 5.
lib. 21. c. 6. a
medio, 10. 5.

sonant, sicut p inuocationē diuinę maiestatis adueniunt, ergo nō ppria uolūtate hoc faciūt, sed coacti. ¶ 6 Prę. Si alliciant aliqb. sētibilib. nō alliciunt eis si cur aialia cibis, sed sicut spiritus signis q̄cūq; delectationi cōgruūt, p varia ḡna lapidū, herbarū, lignorū, aialiu, carminū, rituu, ut Aug. dicit 21. de Ciuit. Dei, sed signis allici nō vñr. Eius. n. allici signis est, cuius est signis vti, qđ quidē est solū habentis sensum. Nā signū est qđ pter specię quā ingerit sensibus, facit aliquid aliud in agnitionem venire, ergo demones nullo modo alliciuntur, sed magis coguntur.

Lib. 21. c. 6. a medio. to. 5.

Glo. ordina 72. ubi.

¶ 7 Prę. Matth. vlt. dixit qđ ad Iesum, Dñe misere re filio meo, q̄a lunaticus est, & male pati. In Marco autē dicit, Attulit filiū meū ad te habētē spiritū mutū. Dicit autē gl. sup verbo p̄dicto Matth. hunc Marcus surdū & mutū dicit, quē Matth. nominat lunaticū, nō q̄ luna demonib. seruiat, sed dēmo lunę cur sū obseruās, hoies corrūpit. Vñ ergo q̄ p obseruationem celestium corporum, & aliorum corporalium, demones ad aliquid faciendum coguntur.

Li. 10. c. 11. in med. to. 5.

¶ 8 Prę. Cū demones ex supbia peccauerint, nō est p̄babile q̄ alliciant illis q̄ eorū excellētia derogare n̄r. Aduocāt at p cōuocationes virtutis ipsorū, & p mēdacia incredibilia, q̄ derogāt sciētię ipsorū. Vñ Aug. dicit in 10. de Ciuit. Dei, introducēs verba Porphyrij, sic dicit, Quid ē hō vitio cuiuslibet obnoxius, intēdit minas, eoq; terreat falso, vt eis extorq̄at ueritatē. nā & celū se collidere minat, &c. similia, hōi impossibilia, vt illi diu tanq̄ insipientissimi pueri, falsis & ridiculosis cōminationib. territi, q̄ imperant, efficiāt, ergo demones nō alliciunt, sed cogūt aduocati.

¶ 9 Prę. Volūtās dēmonis ad hoc tendit, vt hoies in culturam idolorum deiciat. Quod quidem precipue fit per hoc, q̄ spiritus dēmonum imaginibus adsunt. Si autem propria sponte aduocati uenirent, semp ad talia uenirent: non autē semp ueniunt, nisi certis t̄pib. obseruatis & determinatis carminib. & ritib. imaginib. cōsecratis uel potius execratis. Nō ergo demones aduocant, quasi alleciti: sed q̄li coacti. ¶ 10 Prę. Aliqñ demones magicis artib. aduocāt, vt homines ad turpē amorē inclinent: hoc autē demones ppria uolūtate facere intendunt. Nō ergo esset opus ut allicerent, si semper hoc facerent aduocati: nō semper autem hoc faciunt, ergo qñ faciunt aduocantur, non ut alleciti: sed quasi coacti.

SED CONTRA est, qđ qđ Iob undecimo, Non est potestas super terram quę ei possit comparari. s. diabolo: maior autem potestas non cogitur a minori, ergo p nihil terrenū demones cogi possunt. ¶ 2 Prę. Nō est eiusdē inuocari & cogi. Inuocāt. n. maiores, ut Porphyrius dicit: sed peiorib. imperāt: demones autem ueniunt aduocati, ergo non coguntur. Sed dicendum q̄ coguntur uirtute diuina. ¶ 3 Sed cōtra. Cogere Demones ex uirtute diuina, est per donū gratię quo perficitur ordo celestium potestatu: hoc autem donum gratię non adest infidelibus & hominib. sceleratis, quales sunt Magi, ergo nec ēt uirtute diuina demones cogere pnt. ¶ 4 Prę. Facere ea q̄ diuina uirtute principaliter sūt, non est peccatū: sicut facere miracula. Si ergo Magi uirtute diuina demones cogerēt vtēdo magicis artib. nō peccarent, qđ patet esse falsū. nō ergo demones aliquo modo magicis artibus coguntur.

Li. 10. c. 31. a medio. to. 5.

RESPON. Dicēdū, q̄ circa effectū magicarū artiu multiplex fuit opinio. Quidā. n. dixerūt, sicut Alex. q̄ effectū magicarū artiu fit p aliquas potētias, & uirtutes in reb. inferiorib. ḡnatas ex uirtutib. quorū dā

F inferiorum corporū, cū obseruatione celestiu motū. Vnde Aug. dicit 10. de Ciuit. Dei, q̄ Porphyrius vñ, herbis, & lapidibus, & animātib. & sonis certis quibūdā ac uocibus, & figuratiōibus atq; figuratiōibus quibūdā, ēt obseruatis in cęli conuerfione motibus sideris, fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas siderū varijs effectibus exequēdis. Hęc autē potestates infufficiēs vñ. Licet. n. ad aliqua q̄ magicis artibus fieri vñr, naturaliu corporū superiorū & inferiorū vires sufficere possint sicut ad quāsdā corporū trāsmutatiōes: qđ tñ sūt magicis artibus, ad q̄ nulla vis corporalis se extēdere pōt: cōstat uero q̄ locutio nō est nisi ab intellectu, p magicas autē artes aliqua locutiōes aliquorū rñ dēriū audiunt. Vnde oportet q̄ hoc fiat p aliquē intellectū, & p̄cipue cū de aliquibus occultis, p hmōi rñā homines doceantur. Nec pōt dici q̄ hoc fiat p immutatiōē imaginatiōis solius p modū p̄higij, q̄a tñc ita uoces nō ab oibus circūstantibus audirent, nec a uigilantibus & habētibus sensus solutos ista uoces audiri pōssent. Vnde relinquit q̄ fiat uel ex uirtute aīa hoīs, magicis artib. uentis, aut fiat ab aliquo exteriori, in intellectu habētē. Primū autē esse nō pōt, qđ patet ex duobus. primo qđ ē, q̄a aīa hoīs ex sua uirtute nō pōt nite ad cognitiōē ignotorū, nisi p aliqua sibi nota. Vnde ex uolūtate aīa hoīs non pōt fieri reuelatio occultorū, q̄ fit p magicas artes: cū ad hmōi occultata sciēda nō sufficiāt principia rōnis. Secundo, qđ sua uirtute hmōi effectus aīa Magi faceret, nō indigeret vt inuocatiōibus, aut aliquibus hmōi exterioribus rebus. Cōstat autē q̄ hmōi effectus magicarū artiu, p aliquos exteriores spiritus sūt: nō autē p̄t spūs iustos & bonos qđ ēt ex duobus patet. Primo, q̄a boni spūs familiaritatē suā sceleratis hominibus nō exhiberēt, quales plerūq; sunt magicarum artium executores. Secundo, q̄a nō cooperaretur hominib. ad illicita ppetranda, qđ plerūq; fit p magicas artes. Restat ergo hoc fieri p malos spiritus, quos demones dicimus. Hmōi autē demones possunt intellectu cogi dupl̄r uno modo p aliquā superiorē uirtutē, q̄ eis necessitatē faciēdi inducat: alio modo p modū allecitiōis. Sicut homines dicunt ad aliqd cogi, cuius cōcupiscētia alliciunt. Neutro autē modo rebus corporalibus p se loquēdo demones cogi possunt, nisi supponant habere corpora aerea naturaliter sibi vnita, & p cōsequēs habere sensibiles affectiōes ad modū aliorum aialium, sicut & Apuleius potest demones esse aialia corpore aerea aīo passiuā. Sc̄ enim cogi possent vtroq; modo, corporali uirtute, & corporū celestium (ex quorū impressiōibus in aliquas passiones inducerent) & ēt inferioribus corporibus in quibus delectant sicut Apuleius dicit, & delectant in fumis sacrificiorū, & in aliquibus talibus sed huius opinioni falsitas ostēsa est in pcedētib. q̄stionibus. Restat ergo q̄ demones p quos magicas artes cōplēmētū habēt, & cogunt, & alliciunt. Cogunt quidē a superiori: qñque quidē ab ipso Deo quandoque uero a sanctis & Angelis & hominibus uirtute Dei. Nam ad ordinē potestatum p̄tinere dē demones arcere. Sācti autem homines sicut dono uirtutum participāt in quantum miracula faciunt, ita dono potestatum, in quantum eiciunt demones. Coguntur etiam interdum ab ipsis superioribus demonibus, quę quidem sola coactio per magicas artes fieri potest. Coguntur, & quasi alleciti per artes magicas, non quidem rebus corporalibus ppter seipias, sed propter aliquid aliud. Primo quēdem

H

I

K

dem : quia per hmōi res corporales sciunt facilius posse cōpleri effectum ad quem inuocātur. Et hoc ipsi appetunt. vt. eorum virtus admirabilis habeatur. Et pp hoc sub certa cōstellatione aduocati magis adueniunt. Secundo inquātum hmōi corporalia sunt signa aliquorum spiritaliū quibus delectātur. Vnde Aug. dicit 21. de Cit. Dei, q̄ alliciunt dāmones his rebus, nō tamquā animal cibis, sed quasi spiritus signis. Quia enim homines in signum subiectionis Deo sacrificium offerunt, & prostrationes faciunt, gaudent hmōi reuerentiæ signa sibi exhiberi. Alliciuntur autē diuersi dāmones diuersis signis, fm̄ q̄ diuersis uitijs ipsorum magis conueniunt. Tercio alliciuntur his corporalibus rebus, inquantum homines per eas in peccatum adducuntur : & inde est quod alliciuntur mendacijs, & his quæ homines in errorem vel peccatum inducere possunt.

- A ¶ Secundò, Vtrum in Deo sit substantia vel essentia idem quod esse.
- ¶ Tertiò, Vtrum Deus sit in aliquo genere.
- ¶ Quartò, Vtrum bonum, iustum, sapiens, & huiusmodi, prædicent in Deo accidens.
- ¶ Quintò, Vtrum nomina prædicta significant diuinam substantiam.
- ¶ Sextò, Vtrum ista nomina sint synonyma.
- ¶ Septimò, Vtrum huiusmodi nomina dicantur de Deo & creaturis uniuoce uel æquiuoce.
- ¶ Octauò, Vtrum relationes quæ sunt inter Deum & creaturas, sint relatiuæ in ipsis creaturis.
- ¶ Nonò, Vtrum Deus realiter referatur ad creaturam, ita quod relatio ipsa sit res aliqua in Deo.
- B ¶ Decimò, Vtrum istæ relationes temporales sint in Deo secundum rationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

QVAESTIO est de simplicitate diuinæ essentis. Et primo queritur in generali, an Deus sit simplex. Et videtur q̄ non. Ab vno. n. simplici, nō est natum esse, nisi vñ. idem

lib. 2. de ge. com. 56.

enim semper facit idem, secundū Philo. sed a Deo procedit multitudo. ergo ipse non est simplex.

- ¶ 2 Præ. Simplex si attingitur, totum attingitur: sed Deus a beatis attingitur, quia vt dicit Aug. in lib. de videndo Deum, attingere mente Deum magna est beatitudo. Si ergo sit simplex, totus attingit a beatis: sed qd̄ totum attingitur, comprehenditur. ergo Deus a beatis comprehenditur: quod est impossibile. ergo Deus non est simplex.

- ¶ 3 Præ. Idem non se habet in ratione diuersarū causarum: sed Deus se habet in ratione diuersarum causarum, vt patet 11. Metaph. ergo in eo oportet esse diuersa. ergo oportet eum esse compositum.

- ¶ 4 Præ. Vbi cumq; est aliquid & aliquid, est compositio: sed in Deo est aliquid & aliquid. s. proprietates & essentia. ergo in Deo est compositio. Sed dicendum quod proprietates est idem quod essentia.

- ¶ 5 Sed contra, affirmatio & negatio nō verificantur de eodem: sed essentia diuina est cōcibilis tribus personis, proprietates autem est incommunicabilis. ergo proprietates & essentia non sunt idem.

- ¶ 6 Præ. De quocumq; prædicantur diuersa prædicamenta, illud est compositum: sed in diuina prædicatione uenit substantia & relatio. ut dicit Boet. in lib. de Trin. ergo Deus est compositum.

Circa modis libri de tri.

- ¶ 7 Præ. In qualibet re est substantia, uirtus & operatio, ut dicit Dionys. ex quo uidetur, quod operatio sequitur uirtutem & substantiam: sed in operationibus diuinis est pluralitas. ergo in substantia eius inuenitur multitudo & compositio.

cap. 11. epl. li. 1. circa med. 11. 11.

- ¶ 8 Præ. Vbi cumq; inueniuntur multitudo formarum, ibi oportet esse cōpositionē: sed in Deo inuenitur multitudo formarū: quia sicut dicit Comenta. oēs formæ sunt actu in primo motore, sicut sunt in potentia in prima materia. ergo in Deo est cōpositio.

lib. 11. meta. com. 18. in fi.

- ¶ 9 Præ. Quicquid aduenit alicui rei post esse compositum, inest ei accidentaliter: sed quædam dñr de Deo ex tpe, sicut q̄ sit creator & Dominus. ergo insunt ei accidentaliter: accidētis autē ad subiectum est aliqua compositio. ergo in Deo est cōpositio.

- ¶ 10 Præ. Vbi cumque sunt multæ res, ibi est compositio: sed in Deo sunt tres personæ, quæ sunt tres res, ut dicit Aug. in lib. de doct. Christiana. ergo in Deo est compositio.

li. c. 5. to. 3. li. 8. inter me dium & fin.

SED CONTRA est quod Hil. dicit 8. de Trinit. Quasi. dif. S. Thomæ. I 3 Non

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dāmones dicuntur cogi per magicas artes modis prædictis.

AD SECVDVM dicendum, quod in hoc ipso demoni fatiscit, si per hoc quod aliquod malum imedit, & ad aliquod bonum cooperatur, facilius in sui familiaritatem, & admirationem homines trahit. Nam & ipsi se transfigurant in Angelos lucis, sicut habetur secunda ad Corinthios vndecimo.

AD TERTIVM dicendū, q̄ si Salomō exorcismos suos eo tempore fecit quando erat in statu salutis, potuit esse in illis exorcismis vis cogendi dāmones ex virtute diuina. Si autem tempore illo fecit quod idola adorauit, vt intelligatur eum per magicas artes fecisse, nō fuit in illis exorcismis vis cogendi dāmones, nisi modo prædicto.

AD QVARTVM dicendum, q̄ a virginibus aduocari adueniunt, vt ex hoc in suæ diuinitatis opinionem homines adducant, quasi mundiciam ament.

AD QVINTVM dicendum, quod in hoc etiam q̄ ad inuocationem diuinæ virtutis adueniunt, volūt intelligi quod non sint a diuina iustitia omnino exclusi: non enim sic diuinitatem apperūt, vt summo Deo uelint æquari omnino, sed sub eo, diuinitatis cultum sibi ab hominibus exhiberi gaudent.

AD SEXTVM dicendum, q̄ dāmones non dicuntur allici signis, quasi ipsi signis utantur: sed quia homines signis uti consueuerunt, delectantur in signis quibus homines utuntur propter signatum.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut gloss. ibidē dicit, dāmones certis periodis lunæ homines magis affligunt, vt creaturas Dei infament: in hoc scilicet, quod credantur demonibus seruire, & per hoc homines in errorem mittant.

AD OCTAVVM dicendū, q̄ licet prædicta mendacia in derogationē virtutis demonū esse videantur tñ hoc ipsum eis est delectabile, quod homines in mendacijs confidant, quia ipse est mendax & pater eius.

AD NONVM dicendū, q̄ ad imagines aduocati adueniunt certis horis, & certis signis, rōnibus prædictis.

AD X. dicendū, q̄ licet semper dāmones homines desiderant pertrahere in peccata: tunc tamē magis adhuc nituntur, quando magis ad hoc inclinātur, & quando plures possunt inducere in peccatum.

QVAESTIO VII.

De diuina essentia simplicitate.

Et Habet articulos decem.

- ¶ Primò Enim queritur, Vtrum Deus sit simplex.